Fragmentarium

ſuos. & intelligas ſemitaſ domuſ eius. Scie
bas tunc quod naſciturus eſſes. & numerum
dierum tuorum noueras? Numquid in
greſſus es theſauros niuiſ. aut theſau
ros grandiniſ aſpexiſti. que preparaui in
tempus hoſtis. in diem pugne & belli?
Per quam uiam ſpargitur lux. diuiditur
eſtus ſuper terram? Quiſ dedit uehemen
tiſſimo imbri curſum. & uiam ſonantiſ
tonitrui. ut plueret ſuper terram abſque
homine in deſerto. ubi nulluſ mortalium
commoratur. ut impleret inuiam & deſo
latam. & produceret herbaſ uirentes? Quiſ
eſt pluuie pater? Vel quiſ genuit ſtillas
...ris? De cuiuſ utero egreſſa eſt glacies. &
...u de celo quiſ genuit? In ſimilitudinem
...pidiſ aque durantur. & ſuperficies abyſ
...i conſtringitur? Numquid coniungere uale
...micantes ſtellas pliades. aut gyrum
...turi poteriſ diſſipare? Numquid produ
...luciferum in tempore ſuo. & ueſperum
...per filios terre conſurgere facis? Num
...id noſti ordinem celi. & pones rationem
...iuſ in terram? Numquid eleuabiſ in ne
...la uocem tuam. & impetuſ aquarum
operiet te? Numquid mittes fulgura &
...bunt. & reuertentia dicent tibi adſumus?
...uiſ poſuit in uiſceribus hominiſ ſapi
entiam. uel quiſ dedit gallo intelligen
tiam? Quiſ enarrabit celorum rationem.
concentum celi quis dormire faciet?
Quando fundabatur puluiſ in terram.
& glebe compingebantur? Numquid
capies leene predam. & animam catu
lorum eiuſ implebiſ quando cubant in
antris. & in ſpeluncis inſidiantur? Quis
preparat coruo eſcam ſuam. quando pul
... ad deum clamant uagantes eo quod
...beant cibos. Numquid noſti t...

parturientes ceruas obſeruaſti? Dinumeraſti
menſes conceptuſ earum. & ſciſti tempus
partus earum? Incuruantur ad fetum & pariunt.
& rugituſ emittunt. Separantur filii earum.
& pergunt ad paſtum. Egrediuntur & non re
uertentur ad eas. Quiſ dimiſit onagrum ſuum
liberum. & uincula eiuſ quis ſoluit. cui de
di in ſolitudine domum. & tabernacula eius
in terra ſalſuginiſ? Contempnit multitu
dinem ciuitatiſ. clamorem exactoriſ non
audit. Circumſpicit montes paſcue ſue.
& uirentia queque perquirit. Numquid (uel ualet) rinoce
ros ſeruire tibi. aut morabitur ad preſepe
tuum? Numquid alligabiſ rinocerota
ad arandum loro tuo. aut confringeſ gle
bas uallium poſt te? Numquid fiduciam
habebiſ in magna fortitudine eiuſ. & de
relinques ei labores tuos? Numquid cre
des ei quoniam reddat ſementem tibi. & aream
tuam congreget? Penna ſtruthionum ſimilis
eſt pennis herodii & accipitris. Quando de
relinquit in terra oua ſua. tu forſitan in
puluere calefacies ea? Obliuiſcitur quod pes
conculcet ea. aut beſtie agri conterant. Du
ratur ad filios ſuos quaſi non ſint ſui.
fruſtra laborauit nullo timore cogente.
Priuauit enim eam deus ſapientia. nec de
dit illi intelligentiam. Cum tempus fuerit
in altum alas erigit. deridetque equitem
& aſcenſorem eius. Numquid prebebis equo
fortitudinem. aut circumdabiſ collo eiuſ
hinnitum? Numquid ſuſcitabiſ eum quaſi
locuſtas? Gloria narium eius terror. Terram
ungula fodit. exultat audacter. in occur
ſum pergit armatiſ. Contempnit pauorem.
nec cedit gladio. Super ipſum ſonabit pha
retra. Vibrabitur haſta & clipeuſ. Ferueſ
& fremenſ ſorbet terram. nec reputat tu
be ſonare clangorem. Vbi audierit bucinam

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/7, VIIIB20/8, VIIIB20/9, VIIIB20/10, VIIIB20/11, VIIIB20/12, VIIIB20/13, VIIIB20/14, VIIIB20/15, VIIIB20/92, VIIIB20/94, VIIIB20/97, VIIIB20/98, VIIIB20/104, VIIIB20/115, VIIIB20/116, VIIIB20/117, VIIIB20/164, VIIIB20/183, VIIIB20/98, fol. [1]v – Bible (https://fragmentarium.ms/view/page/F-bcyo/9157/68053)